PHILIPPI MARIÆ RENAZZI

ADVOCATI ET ANTECESSORIS

ROMANI

D E

SORTILEGIO ET MAGIA

LIBER SINGULARIS.

Haruspices Sagasque, que utraque genera vana superstitione rudes animos ad flagitia compellunt, ne admiseris.

Celumella de re rust. Lib. 1. Cap. VIII.



VENETIIS

ANNO MDCCLXXXXII.

Excudebant Fratres Coletii.

6.3.5

Renazzi/ Yok Original from NEW YORK FUBLIC LIBRAF

Digitized by Google

ENAZZI

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS

Digitized by Google

Original from NEW YORK PUBLIC LIBRARY

TYPOGRAPHUS LECTORIS.

Um nuper Libri bujus Exemplar Mf., quod in cuiusdam docti Viri manus forte pervenerat, mibi legendi exscribendique copia sacta suerit, statim consilium copi illud typis meis evulgandi. non solum Clarissimi Auctoris celebritate motus, sed etiam illectus natura argumenti, cujus nova, brevis, dilucida ac solida tractatio ad improba Calliostri aliorumque buic similium Nebulonum detegenda prastigia, atque ad prajudicatas plurimorum bominum evellendas opiniones nostra bac etiam atate quam maxime opportuna esse videtur. Id porro mea procul dubio Te monere, tua fortasse scire Lector intererat. Vale.

as anot ab alies fule collected become notes and a difference of the sold of the first of the sold of

(1) Terent. Andrim. II 4. v. 18.

PRAPHUS.

St gravis illa sane, perdifficilis, ac periculi plena tractatio, quæ de Sortilegio & Magia suscipitur. Etenim haud ullæ ferme res sunt, circa quas tot tamque discrepantes in vulgus proditæ atque ad nostram usque ætatem propagatæ sint hominum opiniones, & de quibus Scriptores susius omni ævo disputaverint, vehementiusque dissenserint Quad sur any de Sortilegio & Magia in utramque partem disceptata scriptaque sunt a viris non solum leviter eruditis, sed etiam gravissimis atque doctissimis: ille prosecto ex longa molestaque navata opera aut nibil, aut parum adeo prosiciet, ut iis jure ac merito cum Comico (1) objicere possit:

Incertior fum multo, quam dudum.

Ac in tanta quidem discrepantia opinionum Scriptorumque dissensione, quid nobis de Sortilegio & Magia boc singulari libro disserve instituentibus reliquum esse videtur, quam ut quod ab aliis suse obscureque pertractatum est, id breviter atque dilucide exponamus, & nostro more nullius addicti jurare in verba Magistri scopulos omnes solertissime declinemus, in quos incidere ut plurimum solent quicumque

(1) Terent. Phorm. II. 4. v. 18.

que de bujusmodi argumentis sive loqui sive commentari adgrediumar. Quæ quidem omnia an bene seliciterque præsiterimus, æqui doctique Lectores, quibus diuturni nostri maximique in criminali jurisprudentia expurganda, perpolienda, asque enucleanda impensi labores, Studiosis fructuosi, Reique publicæ non inutiles visi sunt, dijudicabunt.

Cap. V. Quibus variis nominibus despendent exercentes for-

Cap. VI. Pana recenfenin facilis Canadous Romanique I.s.

Cap. VII. Other June to fair fits that have sealed.

tilegas artes; & quant grave corum fir facious e

ikas advertus Inteleges O' Divinerares ind the a

advertus cos, qui au Mania acculunta

ca wimen populque Magia

Cap. XV. Dail amond to recording and the programme offer



Cap. III. De Sorte akaroniacio seu supersierrosta. Cap. IV. Sequitur ejusidem argunienti realizata.

special representative property is now a property to the second of the second s

L I-

LIBRI CONSPECTUS.

Cap. I. Sortilegii etymon, atque definitio.
Cap. II. Sors naturalis, quid divina, & quando bac uti fas sit?

Cap. III. De Sorte dæmoniaca seu superstitiosa. Cap. IV. Sequitur ejusdem argumenti tractatio.

Cap. V. Quibus variis nominibus designentur exercentes sortilegas artes; & quam grave eorum sit facinus.

Cap. VI. Pænæ recensentur sacris Canonibus Romanisque Legibus adversus Sortilegos & Divinatores indictæ.

Cap. VII. Quid sit Magia, & quid sub ejus nomine veniat. Cap. VIII. Quibus argumentis constet de vi artium magicarum.

Cap. IX. Exponuntur rationes illorum, qui nullam magicis artibus vim inesse contendunt.

Cap. X. Quemadmodum nonnullis visum diversas secumque pugnantes de vi magicarum artium sententias conciliare, & quænam probabilior receptiorque illas componendi ratio esse perbibeatur?

Cap. XI. Quænam soleant vulgo tribui Magiæ.

Cap. XII. Quid rerum Criminalium Scriptores de dæmoniacis fæderibus seu pactis tradant.

Cap.XIII. Quæ circa Magiæ probationes Interpretum placitis invecta, Forique usu olim essent recepta?

Cap.XIV. De Pænis Canonico & Romano Jure præscriptis
adversus eos, qui de Magia accusantur.

Cap. XV. Quid animadvertendum, quidve præstandum circa orimen pænasque Magiæ.

DE

vinatorium Sertilegiun Hilld effe traduct, que quis

SORTILEGIO, ET MAGIA

LIBER SINGULARIS.

mississiminant Cop A Pd Un Ts a Local manufaction

Sortilegii etymon, atque definitio.

Ortilegium, a quo nostra hac lucubratione disserendi exordium nos ducere oportet, nomen est, quod a legendis sortibus venit. Ac Scriptores quidem rerum Criminalium eo sub nomine non solum divinationem, quæ per sortes sit, designarunt, ut illius nominis sert etymologia; sed etiam omne genus superstitionis, artiumque magicarum complexi sunt (1). Hinc Sortilegium sic late acceptum (2) in divinatorium dissinxerunt, in ama-

to-

⁽¹⁾ V. Urfay. Lib. III. Inft. Crim. boc tit.

⁽²⁾ Sortilegii nomine Plinius hoc quoque sensu usus est Hist. Natural. lib. 28. cap. 4. quod inscribitur, De quibusdam Sortilegiis, & salva bominis.

Quæ semper initio nostrorum omnium Operum, quæ typis edita a nobis sunt, Lectores monuimus; eadem hic quoque eos

Inonitos volumus, scilicet

I. Austorum, qui interdicti sunt, eas solum nos, ut quisque
legendo cognoscere poterit, in usum nostrum derivare doctrinas, que nulla sunt insecte labe pravitatis: ceteras Religio-

torium, & denique in maleficum seu veneficum. Divinatorium Sortilegium illud esse tradunt, quo quis futuras res vaticinari contendit: Quo autem Sortilegio fœminæ, aliquando etiam mares in libidinofum amorem proclives fiunt; amatorium Sortilegium ab iis nuncupatur: Tandem juxta doctrinam eorumdem Scriptorum illud est maleficum Sortilegium seu veneficum, quod ad mala quævis morbosque tam hominibus, quam brutis animantibus, atque inanimis etiam

rebus inferendos comparatur (1).

At nobis longe opportunius accidit Sortilegii nomen in nativa sua fignificatione accipere, atque adhibere ad fignificandas furnrarum occultarumque, five præfentium five præteritarum rerum explorationes, quæ per fortes fiunt, & quascumque alias superstitiofas observationes. Vetustissimus porro est usus hujusmodi explorationum (2). Quem enim latet cupiditatem res aut cognoscendi futuras, aut ignotas sciendi adeo semper fixam hæsisse humanis pectoribus; ut quam non poterant suo ingenio homines illarum adfequi notitiam, hanc improbis vanisque artibus se adquirere posse contenderint. Primum inter eas lecum obeinet Divinatio per sortes, de qua statim idcirco verba facienda funt.

II. Libros vetitæ lectionis iis tantum a nobis citari, quibus

legitima potestas inest eosdem legendi.
(1) V. Damohud. Prax. Crim. cap. 61.

gioni, Sacerdotio, Imperio, bonis moribus adversas a nobis penitus improbari.

⁽²⁾ V. Grilland. de Sortileg. Bud. de Ath. & Superft. earning : engisymp edel albeini inil allun afir C iA.

CAPUTII

De Sortil, or Magin.

Quid Sors naturalis, quid divina, & quando bac uti fas sit.

Sors idem propemodum est, ut Tullii verbis utamur (1), quod micare, quod talos jacere, quod tesseras; quibus in rebus temeritas & casus, non ratio nec consilium valet: & ea quidem adhibetur vel ut pateat quid in dubia agendum quidve in ancipiti re vitandum, vel ut quid latens sive præteritum sive præsens aperiatur, quidve suturum sit innotescat. Hinc vulgo Sors dividitur in divisoriam, qua communium rerum partes æquantur, & munera inter pares ætate meritisque cives distribuuntur; in consultoriam, & in divinatoriam. Sed aptior Sortis in naturalem, divinam, & dæmoniacam seu superstitio-sam divisio esse videtur (2).

Quid sit Sors naturalis facile intelligitur. Nam ea nihil est aliud, quam arbitrarium sortuiti eventus in quacumque condicta re experimentum. Prosecto cum quid in ambiguis obscurisque rebus æquum sit homines, quorum acies ingenii angustis admodum limitibus circumscribitur, agnoscere & constituere nequeant; ideo necessitas eosdem coegit, ut illarum diremptionem definitionemque sorti committerent. Quare naturalis Sortis usus non solum apud omnes fere gentes ad ambiguas contentiones definiendas, ad

mu-

⁽¹⁾ Lib. II. de Divin.

⁽²⁾ V. P. le Brun. Hift. des Pract. Superft. Liv. 2. ch. 3. n. 3.

munia laboresque distribuendos, ad æquandam in ludis, & contractibus mutuam lucri fpem jacturæque formidinem , denique ad incertum quemlibet martem dirimendum, moribus invaluit usurpari ; verum etiam pluribus dubiis in rebus adhibendus Civilibus, Canonicis, ipsisque Divinis Legibus præscribitur (1). Sed de hac sortis specie, quam summus rerum omnium Arbiter DEUS moderatur, quæque, si superstitione & fraude careat, omnis criminofæ labis expers est, hoc loco non quærimus (2).

Toties autem Sors dicenda erit divina, quoties per eam homines præteritarum vel præsentium rerum, quæ ignorantur, vel futurorum eventuum notitiam a Deo haurire contendune, aut quid in ancipiti re eligendum faciendumque fit noscere præstolantur. Hac specie Sortis usi Gentiles, dum temere aperto Homeri aut Virgilii codice, qui versus primum in oculos incurrissent, eos in oraculi omen accipiebant. Qua ratione narrat Spartianus (3) Imperium fibi prænuntiasse Hadrianum . Christiani quoque antiquitus condicte experimentum. Profesto con

43. Leg. 3. Novel. 162. in fin. (3) In vit. Hadr. VII. der Pra IIV , That all (2)

⁽¹⁾ Pleni funt de usu hajusmodi sortium non solum apud antiquas, sed etiam recentiores Nationes Scriptorum libri, plenz szculorum memoriz, plena exemplorum Vetustas. Confuli poterunt Homer Iliad. VIII. Czsar De Bel. Gallic. Lib. 1. Scriptores omnes Hift. Rom. &c. Hic folum referemus Virgilii versus, quibus describitur Dido construendæ Carthaginis munia suos inter Tyrios sorte tribuens Eneid. Lib. 1. v. 511. 512. Jura dalat, legesque viris, operumque laborem

Partibus aquabat jufis, aut sorte trabebat.
(2) Num. cap. 32. Paralip. cap. 6. v. 34. Cod. Lib. 6. tit.

Caput II.

exemplo fortium Virgilianarum fortes quasdam adhibuerunt, quas Sanctorum vel Apostolorum vocabant. Arreptis enim facris utriusque Testamenti Libris ex sententia, quæ casu prior legenda se offerret , vaticinia captabant. Sed quoniam sæpe ejusmodi sortitionibus superstitio aliqua admiscebatur, eas idcirco adhibere pluribus veterum Synodorum Canonibus interdictum est. Quippe Sortis divinæ usus tunc solum usurpari potest, quando quis divino spiritu afflatur, ut DEUM consulat, quemadmodum aliquibus vitæ fanctimonia eximiis viris evenisse constat (1). Atque eo casu Sors non aliquid mali continet, ut scribit D. Augustinus (2), sed res est in dubitatione bu-Sortis usus culpa non vacabit; nec qui eum usurpaverit canonicam animadversionem esfugiet (3). Nefas enim est hominibus Dei voluntatem in rebus latentibus vel futuris perscrutari sortibus temere du-Ais. & præter necessitatem prodigia ab ipso audenter exposcere a some musicial summing and nois

A D De Caera de Calab. marie. Lib. 1. cap. 5 st 138.

⁽¹⁾ Sic Abraham, Josue, Gedeon, Samuel, Saut, Eliseur re-prehendi nequeunt, quod hujusmodi sorte aliquando usi sint. Divino quippe afflatu excitatos id peregiffe liquet ex facris litteris. Sic Apostoli temeritatis expertes fuerunt, cum coelesti lumine illustrati sorte Matthiam in collegium suum cooptassent.

⁽³⁾ Cap. 1. De Sortileg.

De Sortil. & Magia.

De Sorte damoniaca, seu superstitiosa.

Ostrema Sortis species damoniaca seu superstitiofa vocatur, quæ fit vel fieri vulgo creditur, quando aut Dæmonis interpellato auxilio atque opera accita improbæ præstigiæ, aut vana religione saperstitiofæ observationes ad arcanas futurasque res exquirendas atque divinandas adhibentur. Nihil quondam celebrius, nihil veteres inter Populos vulgatius dæmoniacis divinationibus, quas multiplici diversaque ratione proditas Historiarum monumentis perhibetur (1). Etenim narratur data aliquando petentibus dæmoniaca responsa ex imaginibus, id est emissa voce ex Idolorum statuis, ut Delphis ex Simulacro Apollinis; quæ responsa dicebantur oracula, quasi in eis Deorum inesset oratio. Sæpe dæmoniaca oracula memorantur reddita per Vates, qui theurgicis expiationibus Pythium, fatidicum nempe Spiritum fortiti a Pythia Apollinis Sacerdote Divinatorum Principe Pythones & Pythonissæ quoque nuncupatæ sunt (2). Nemo ignorat quænam fides olim habita fomniis, quæ præternaturali vi dormientium in mentibus excitata rebantur ad futuras res prænunciandas; atque fic habita exceptaque præfagia appellabantur vaticinationes per somnia, quorum interpretandi, & quæ even-

⁽¹⁾ V. De Cauz. de Cultib. magic. Lib. 1. cap. 5. 5. 178. (2) Wier. De praft. Dam. Lib. II. cap. 14.

eventura esent ex iis eruendi caussa mendax ars comparata Oneiromantia dicta est. Quid quod ex cranio hominis dæmoniacæ emissæ voces leguntur, quibus quæ eventura effent declararentur; idque veteres vaticinationem per cranium dixere. Quin immo & spe-Etris seu vita jam sunctis hominibus in speciem inductis (1) dæmoniacas vaticinationes sciscitantibus redditas memoriæ proditum est (2). Tandem quæ forent agenda, quæque futura effent dæmoniaca opera fuisse pandita atque prænunciata signis siguris in terra, in aqua, in aere, in igne, in vitro, aliisque similibus rebus referuntur; unde natæ funt superstitiofæ artes Geomantia, Hydromantia, Pyromantia (3), Catopromantia, quas omnee rerum criminalium Scriptores (4) inter species enumerant divinatorii Sortilegii. De Numa scriptum D. Augustinus reliquit, map of the 20 you ameningui has

(1) Notissima est historia, que habetur 1. Reg. 28. de Samuele a Pythonissa instante Saule excitato. Quod quomodo evenerit, & quemadmodum intelligendum sit, S. Scripture Interpretes inter se magnopere discrepant. Nam Origenes Comment. in cit. loc. censuit Samuelem reipsa Pythonissa incantationibus suisse e suis sedibus evocatum: Tertullianus, aliique plures Samuelis phantasma de moniaca opera Regis oculis obversatum suisse contendunt. Plerique vero censent Dei providentia atque imperio Samuelem stetisse coram Saule; ut suam ei suorumque suturam cladem prenunciaret: alii alias interpretationes prodiderunt, de quibus late docteque agunt Calmet in dissert. de vis. Saul. & Natal. Alexand. Hist. vet. Test. dissert. 13. prop. un.

(2) Naud. Apol. Vir. de mag. susp. cap. 14.
(3) Ars divinandi per fulgura, de qua loquitur Cicero Lib.
II. de Leg. & Lib. II. de Divin. spectasse videtur ad Pyromantiam, unde fulgurales Libri, quorum idem Austor meminit.

V. Cl. Creman. de Jur. Crim. lib. 1. par. 3. cap. 2. not. 1. (4) V. Alph. Jur. Crim. lib. 2. tis. 1. cap. 1. de Sortileg. 5. 55.

Cæterum nemo unquam sapiens prudensque vir dæmoniacis divinationibus, que prodite narrantur, ullam habendam effe fidem existimavit (2). Nam Dæmones, fiquidem ingenii acie hominibus longissime præstant, naturales rerum caussas, earumque vim & effectus illis multo cumulatius absolutiusque cognofcunt : futuras vero res , quæ ex libero pendent hominum arbitrio, quarumque Deus ordinem ac eventum folus intuetur, ac suo nutu disponit, Dæmonas prorfus latere dubitandum non eft (3). Hinc decepti quicumque dæmoniaca opera futuras res se scire posse autumaverint. Ac re quidem vera si oracula ad trutinam revocentur, quæ superstitiosa Antiquitas tantopere coluit atque celebravit; ea ita ambigua funt, ut ad Dialecticam debeant referri, vel flexiloqua atque obscura, ut interpres egeat interprete, & fors ipfa ad fortem fit referenda. Quod fi vatici-

na-

(3) S. Thom. 2. 2.

⁽¹⁾ De Civit. Dei lib. 7. cap. 35.

(2) Qui ingenii acumine, & sapientiz laude inter veteres floruere, ii probe suboleverunt humanas fraudes, commenta, dolos, qui ad credulum vulgus decipiendum ut plurimum oraculis inerant. Qua de causa Tullius lib. 2. de Divinat. illorum austoritatem convellere, atque contemnere aperte professus est. Porro hujusmodi fraudes dolosque sedulo persequutus est, atque eleganter expressit cultissimus Fontenellius Histoir. des Oracl. quod opus caute tamen legendum. V. Le Clerc, Bibl. Chois. Tom. XIII.

Caput III. 2 90 13

partim id casu accidit, ut sit in omni oratione sæpissime; partim permissu Dei contigit, ut homines suæ superstitionis, curiosæque improbitatis puniret.

-svieldo zelouitisqui (1) inamoli mineleriq receiv

Sequitur ejus dem argumenti trastatio.

A Uguria primum tenent locum inter superstitiosas observationes vana religione jampridem ad futuros præfignificandos eventus adhibitas, quas nunc operæ pretium erit recensere. Captabantur auguria, ut Cicero scribit (1), ex volatu avium, cantu oscinum, ex tripudiis folftimis. Succedunt Haruspicia, quo nomine veniebant divinationes erutæ ab hostiæ vel viventis vel mactatæ extis, atque ex flamma fumoque ignis, quo victima consumebantur. Haruspicia excipit omen, quod ex hominum vocibus ac sternutamentis educebatur. Plures tandem per superstitiosas observationes confictæ artes memorantur, quæ diversis nominibus distinguebantur. Quæ ex lineis manuum præfagia colligit ars, Chiromantia dicta est; quæ ex oris configuratione, Metoscopia; Notomantia, quæ ex dorsi figura (2): Astrologiæ autem nomine venit ea ars, qua ex vario aftrorum adspectu, ut ajunt, atque influxu, quæ circa hominum, præsertim recens natorum, vitam, casus fortunamque eventura sint, conijci posse contenditur. Nam quæ motus Syderum condiff-shift ai victoria congerant dividas, quas in mare Sapient

Digitized by Google

⁽¹⁾ Epist. Familiar. v1. 6. (2) V. Thiers. Trait. des Superst. Tom. 1.

Longum est dicere quantum priscæ Gentes, ac veteres præsertim Romani (1) superstitiosas observationes coluerint, omnique generi siderint divinationis; ut qui arduis præclarisque abs cæptis nechostium metu nec sacinorum difficultate abducerentur, eos vana quæliber puerilisque superstitio ac observatio a proposito dimoveret (2). Verum non desuere inter Quirites, qui præjudicatarum vulgi opinionum expertes omina atque auguria contemnerent, omnesque divinationes sapide irriderent. Julium Cæsarem religione a quoquam incæpto numquam absterritum vel retardatum suisse Suetonius memoriæ prodidit (3). Re enim vera quomodo ex iis quæ temere siunt casuque eveniunt, suturæ res intelligi, ac prænunciari poterunt? Nam si salluntur, ut gravissime Tullius animadver-

Heu hominum ignaræ mentes, beu pectora coca!

(3) In vit. Cefar. LIX.

⁽¹⁾ Nihil mirum esse debet, si homines verz Religionis lumine nondum illustrati, tam creduli, tamque superstitiosis artibus addicti suerint. Sed postquam divini splendoris radii toto terrarum orbe dissus Idololatriz tenebras erroresque depulerunt, mirabuntur, credo equidem, seri sapientioresque nepotes superiori ztate tot inventos esse, monnullos adhuc inter nos reperiri, qui Astrologiz sidant, divinationes ex superstitiosis eruant observationibus, auguria metuant, atque omina capiant. Quis vero non vehementer indignabitur nunc non deesse, qui auti sacra same perciti somnia observant, atque ex iis divinationes educunt, millenisque student sutilibus & superstitiosis artibus; ut parta ludi (Lotto, vocant) omnium incertissimi, & dissicillimi victoria congerant divitias, quas in mare Sapiens ille demersit, ne ab eis mergeretur.

⁽²⁾ V. Histoir. Critiq. des erreurs popul. Amsterd. 1733.

tit (1), qui nihil fine probabili aliqua conjectura ac ratione dicunt; quid existimandum est de conjectura corum, qui extis, aut avibus, aut ostentis, aut oraculis, aut fomniis futura præsentiunt? Hinc merito fapiens ille Cato apud eumdem Tullium mirari se ajebat, quod non rideret Haruspex Haruspicem cum videret. Nullam vero sydera inter astrorumque motus & conversiones, ac futuros humanos eventus conjun-Clionem intercedere intelliget quicumque fibi confcius eft, se quæ mavult agendi libertate pollere, probeque scit omnes rerum vicissitudines regere, humana. que inflectere pectora Illum, qui aftra & fydera, cunctasque a se creatas res supercilio movet. Necesse est ergo fateri multa popularibus erroribus propagata, multa superflitione ad continendos in officio homines vana formidine religionis invecta esse; ut olim contigit Romæ (2), ubi Plebs a Patriciis hifce artibus, quarum ifti notitiam fibi ulumque peculiariter addixerant, ludificata jugiter fuit.

the Destruction of the Policy Volume of the County of the

Quibus variis nominibus designentur exercentes sortilegas artes; & quam grave eorum sit facinus.

Ui Sortilegio dant operam, Sortilegi, vel Divinatores generatim appellantur. At quemadmodum fingulæ Sortilegii species hactenus enumeratæ (Cap. III. & IV.) diversis inter se nomini-

⁽¹⁾ De Divinat. Lib. H. wattamadaha , tataogo santa terab

⁽²⁾ V. Heinec. Synt. Antiq. I. 3. barlod of

bus distinguuntur; ita etiam quicumque eas exercent peculiaria nomina acceperunt. Sortilegi quidem germana adhibita vocis fignificatione dicuntur, qui fortibus ductis futura audent credulis prænunciare; atque hoc pacto quæstum mentiendo faciunt (1): Augures vocati funt, qui ex avium cantu ac volatu quid eventurum fit conficiunt; Haruspices, qui exta hofliarum & fibras inspiciunt; Vates denique o qui se Deo plenos esse simulantes responsa danc. Ariolorum nomen, teste Turnebo (2), omnibus exta rimantibus, & per surorem vaticinantibus commune est: Somnierum conjectores funt , qui fomnia interpretantur; Astrologi, qui fata cujusque nosse profitentur, & natalitias syderum observationes edunt (2). Hi Ture Romano Mathematicorum quoque nomine defignantur, quod præstantis ac utilissimæ disciplinæ nomine ad fallendum abuterentur (4). Sed quomodocumque hujusmodi sycophantæ appellentur, certum est eos omnes in fanctissimam, qua pure colendus est Deus, Christianam Religionem gravissime peccare. Ac re quidem vera, ut opportune docet D. Tho-

mas

verity regionalus descrientant exementes

(4) V. Gothofred. ad tit. 18. Cod. Lib. 9. mish V

⁽¹⁾ V. Matth. ad Lib. 48. ff. tit. 5. cap. 5.

⁽³⁾ Chaldær vulgo nuncupabantur Astrologi omnes, Genethliaci, astrorumque Speculatores, ut liquet ex Leg. 5. Cod. de malesic. & mathemat. quia illorum disciplina tradita primum apud Chaldæos, quæ gens Astrologiæ valde dedita suit. Cic. 1. de Divinat. Hinc Chaldæus pro Astrologo distus, ut Arabs pro latrone &c. V. Gothofred. in not. ad cit. Leg. "Vulgus, ut testatur Gellius Nost. Attic. lib. I. cap. 9., quos gentsitio vecabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dicit.

Caput V.

mas (1), multis modis Sortilegi peccant. Principio enim qui adhibitis Sortilegiis futuros eventus divinare contendunt, ii profecto frustra & irreverenter divinæ providentiæ secreta pulsant, atque præscientiam, qua solus pollet Deus, ad creatas humanasque res transferre videntur; quod fine impio scelere fieri vel excogitari non potest; præsertim si dæmoniacæ fortes ad divinandum adhibitæ fint. Tunc fiquidem quæ fingula funt gravissima facinora Apostasia, Sacrilegium, improba curiofitas, iis omnibus sese Sortilegi obstringunt. Quid ? quod non alii fortasse frequentius, quam Sortilegi turbas in Republica ciere solent, & communem tranquillitatem labesacture. Nam, ut bene Tacituc observavit (a), qui sortilegas artes exercent, genus hominum est potentibus infidum, sperantibus fallax, quorum responsis leves animi ad novas spes facile impelluntur. Itaque tam prohibitum est impias hujusmodi artes docere, quam discere; tam exercere, quam exercentibus fidem præstare ac adhærere (3); atque in quoscumque Sortilegii criminis reos severissima constituta funt poena, quas mox tandem enumerabimus.

TeuOs

of comme Somilegia palle bide

(a) (cd. 16. 9. 11. 18. Log. S. Log. (3) Cap. v. O L. de Sorei. V. Theledt. de 13 Thung Con Janital C As)

with the mount of the

^{(1) 2. 2.} Quaft. 95. art. 1. (2) Annal. Lib. II. Cap. 32. (3) Cod. Lib. 9. tit. 18. Leg. 8.

Uondam Jure Romano pœna capitali punitos; qui de salute Principis, vel summa Reipublicæ vaticinati essent, J. C. Paulus meminit (1); cæteros vero Divinatores inflicta prius fustium correctione civitate pulsos suisse. Sed tandem Christianorum Imperatorum constitutionibus in Sortilegos omnes, Augures, Haruspices, Vates capitalis pœna indiscri-

minatim imposita habetur (2).

Jure autem Canonico Laici, qui fortilegas artes exercuerint, excommunicatione plectuntur; Clerici degradantur: & in excommunicationis quidem poenam incurrunt qui nihil aliud egerint , quam Sortilegos Hariolosque consulere (3). Quod si a Clerico factum fit, detrudendus est in Monasterium ad perpetuam ponitentiam agendam. Interpretes, rerumque criminalium Scriptores docent Sortilegium, quod hæresim, ut ajunt, manisestam contineat, pœnis coercendum esse, quæ manent hæresis crimen (4). De pœnis Aftrologorum peculiares extant Conftitutiones Romanorum Portificum Xisti V. & Urbani VIII., quæ a memoratis Scriptoribus late exponuntur, & quibus cautum est de crimine Sortilegii posse Fidei Quæ-

(1) Sentent. V. tit. 21.
(2) Cod. lib. 9. tit. 18. Leg. 5.
(3) Cap. 1. & 2. de Sortil. V. Thefaur. de pæn. eccl. v. superft. (4) V. Farinac. de beref. quaft. 181.

Caput VI.

19

Quæsitores una cum Episcopis certatim judicia (1)

C A P U T VII.

Quid sit Magia, & quid sub ejus nomine veniat

Æterum Sortilegis ac Divinatoribus & affinitate & improbitate criminis ii pares, immo etiam superiores sunt qui Malesici Jure Romano nuncupantur (2), quosque Magos, si mares, si vero somina, Lamias vel Striges vulgus appellat. Magi porro a Magia dicuntur, quam callere prositentur, & de qua tempus jam est, ut sermonem instituere adgrediamur. Magia persica vox est, qua idem significat ac sapienatiam atque doctrinam: unde ii quondam Magi vocabantur, quos primum Sapientes, postea modestiori nomine Graci & Romani Philosophos appellarunt (3).

⁽¹⁾ Sed utrum ad Judices solum Ecclesiasticos, an ad Laicos quoque pertineat cognitio Sortilegii, Doctores dissentiunt, ut observat Gagliard. Instit. Canonic. Lib. 4. tit. 15. \$. 44. Quoniam vero hoc crimine & Religio laditur, & publica tranquillitas perturbatur, sic commode poterit omnis dissensio componi, ut Episcopi aque ac Magistratus Civiles de Sortilegio cognoscant; illi quidem ut Canonicis Censuris peccantes corripiant; hi autem, ut eisdem, tamquam publicis reis, corporeas poenas instigant. V. Caravit. Instit. Criminal. lib. 1. \$. 3. cap. 28. \$. 28. Van Esp. Jur. Eccles. part. 3. tit. 4. cap. 3. Sed si res sit de ecclesiasticis personis, qua hujusmodi facinoris insimulentur, illius cognitio Episcopis peculiariter reservata est Apostolicis Constitutionibus, quas refert Girald. Exposit. Jur. Pontis. lib. 5. tit. 21. quod & obtinet quando Sortilegium sit cum Haresi, ut ajunt, conjunctum.

⁽²⁾ Cod. Lib. 9: tit. 18. Leg. 5.
(3) V. Brucker. Hift. crit. Phil.

Duplex autem a Scriptoribus Magiæ genus distinguitur, naturalis altera, altera præternaturalis feu fuperstitiosa atque damoniaca. Illa circa naturam resque naturales, earum caussas, occultasque vires cognoscendas, ignotas vulgo eruendas qualitates, atque edendos effectus cuicumque haud facile obvios versatur (1); quam omni avo, & apud politiores Gentes summi coluere Viri, quorum folertia ac labore Phyficæ, ut vocant Experimentalis, fludium atque usus & invectus, & in communes hominum utilitates summopere propagatus est (2). Magia autem præternaturalis, dæmoniaca, superstitiosa vanas maleficas impiasque arces complectitur, quibus nihil non mirum exitiale atque portentosum Damonum vi arque opera intercedente fieri non posse narratur. Atque colluvies Circulatorum & Sycophantarum, qui Magiam naturalem se excolere jactantes superstitiosam ac dæmoniacam profitebantur, atque perniciosas nefariasque artes exercebant, in caussa suit, ut Magia generatim male in vulgus audiret, criminisque nomen demum (3) evaderet.

Quid porro sub Magiæ crimine venire debeat non admodum constat inter Scriptores, qui de illo tracta-

runt.

(2) Boyl. de util. Philosoph. Experim. cap. 11. (3) Bohemer. Elem. Jur. Crim. Sect. 2. cap. 4. 9. 56.

⁽¹⁾ Apposite, si quis alius, Magiam naturalem descripsit Campanella de sens. rer. sive de natur. Mag. Lib. VI. cap. 6. scribens: Quidquid Sapientes faciunt imitando naturam, aut ipsam adjuvando per artem non modo plebi ignotam, sed communitati hominum; id magicum opus haberi: unde prius quam ars vulgetur, semper dici Magiam; arte vero manifestata scientiam esse vulgarem.

runt. Nam ab aliis hoc crimen ad plures diversafque species porrigitur; alii species contrahunt, quæ sub eo comprehendendæ sunt: multi Sortilegium quod malesicum & amatorium vocatur cum Magia consundunt: contra vero quibusdam placet istam ab illo dissinguere. Tandem plerisque Magia est crimen illorum, qui commercium, ut ajunt, cum Dæmone habent: quod commercium fere omnes rerum criminalium Scriptores vel expresso vel tacito pasto iniri docent (1). Expressum cum Dæmone pastum eos contraxisse tradunt (2), qui Deo religioneque ejurata se totos Dæmonis potestati subjiciunt eique obsequium pollicentur; ut ipso opitulante quæ velint, mira, ardua, iniqua persicere valeant. Pastum vero cum Dæmone tacitum memorati censent Scriptores ab illis initum

sem sigsid over effe a

(2) Carpzov. prax. Crim. part. 1. quæst. 48. num. 11. Berlin. part. 4. concl. 3. Alph. a Castr. de imp. Sortil. bær. cap. 2.

⁽¹⁾ Si fides eisdem adhibeatur Scriptoribus, quorum antesignani extiterunt Tritthem. in Antipal. Males. & Martin. Del Rio Disquis. Magic. expressum cum Dæmone pactum in conventu Magorum (Sabbathum vocant) solemniter stipulatur, infernisque initiato mysteriis character quidam imprimitur veluti tessera dæmoniaci sæderis. Plura deinde hisce similia ipsi de hujusmodi pacto disserentes comminiscuntur, quæ Non sani esse hominis non sanus juret Oresses.

Non sani esse hominis non sanus suret Orestes.

Enimero non desuerunt, qui domoniaca ista scedera atque pacta negaverint. Eminent potissimum inter Italos nostros eruditissimus March. Massei: Arte Magica dileguata: Jan. Rinald. Carl. Epist. de Orig. Mag. §. 39. inter Germanos Speus. Cauth. Crim. Thomas. Dissert. de crim. Mag. Bekker. alique: inter Gallos D. d'Andrè Epist. Mag. Epist. 2. Sed illa adstruere & contra impugnatores pro conteis asserere adgressi sunt P. le Brun. Hist. Critiq. des superst. Tom. I. Liv. 2. chap. 1. Scheuchz Phys. sacr. tom. 4. pag. 318. Preat. Mag. dimost. artic. 4. G seq. Hieronym. Tartarot. Congresso notturno delle Lamie, Lettera al Carli, &c.

esse, qui licet commercii cum Dæmone expertes; ea tamen Sortilegia patrant, quæ probe sciunt non natura sua, sed dæmoniaca opera vi aliqua pollere. Sed consultius commodiusque mihi egisse videntur qui (1) hæc omnia conjunctim complectentes ad Magiæ crimen retulerunt superstitiosas quascumque, improbas & malesicas artes, quibus Dæmonum, ut asserunt, intercedente auxilio atque opera accita nesarii homines utuntur ad inferendas ærumnas aut avertendas, ad præstigia, nesandasque res, & cujuscumque generis malesicia patranda.

CAPUT VIII.

Quibus arguments conster de vi artium Magicarum.

A T vero Magiæ magicisque artibus eane Dæmonis opera & potestate tot tantasque miras, insuetas, perniciosas res efficiendi vis inest, qua artes
illas pollere malesici cupiunt, & plerique hominum
credunt? Id scilicet est, quod omni ævo doctissimorum virorum ingenia exercuit, & de quo nostra
patrumque memoria gravissimi Scriptores ingenti doctrinæ adparatu, magnaque animorum contentione
fedulo quæsierunt, & copiosissime disceptarunt (2).
Quæ quidem disputatio ad Criminalem Jurisprudentiam potissimum pertinet. Ab illa enim disputatione quid de crimine Magiæ censendum, quidve statuen-

⁽¹⁾ V. Alph. Jur. Crim. Lib. III. De Sortileg. S. 4. & feq. (2) V. de Cauz. de Cult. Mag. Lib. 1. cap. 4.

Caput VIII.

ruendum sit prorsus pendet. Quare antequam ulterius progrediamur, ea hic a nobis omnino attingenda
est. Quod ita præstabimus, ut breviter primum gravioribus, quæ in utramque partem afferuntur, expositis argumentis, deinde enarrata ratione, quæ probabilior receptiorque esse perhibetur, discrepantes
componendi opiniones; unusquisque quid debeat sen-

tire, possit secum animo reputare.

Principio igitur qui Magiæ magicisque artibus summam dæmoniaca opera vim ineffe afferunt, ii divinæ innituntur auctoritati facrarum Litterarum . Ex his quippe constare inquiunt permissum Dæmonibus illudere hominibus, eofque prodigiis editis ad peccandum allicere (1). Cumque ingenii acie Dæmones excellant, multiplici icientia præditi fint, & dotibus policant, quæ ut ajunt, Spirituum propriæ funt; jam res possunt humanis impares viribus efficere, quæque homines intelligentia ac ratione comprehendere nequeunt: quo referuntur immissæ a Dæmone in Job virum justum repentinæ acerbissimæque calamitates, prodigia a Magis Pharaonis patrata, Samuel a Pythonissa instante Rege Saule excitatus, & Dæmon denique cui nomen Asmodæus, qui septem priores Saræ viros interemerat, ab Angelo Raphaele in Desertum superioris Ægypti relegatus, ne infonti Tobiæ eidem nupturo noceret. Huc accedunt luculentissima testimonia, quæ innumeri fere diverso tempore diversisque locis

⁽¹⁾ Bodin. Damonom. Lib. II. Torreblan. Lib. II. Del Rio, Disquist: Magic.

locis Magiæ Rei solemniter ediderunt (1), qui in Judicio fassi sunt demoniaca scedera iniisse, cum Demonibus habuisse commercium, corumque opera ac vi miras se res gessisse (2), & maleficia patrasse. Quod si alicui fortasse non admodum hujusmodi testimoniis & confessionibus deferendum esse videatur; quis tamen , ut concludent damoniaca magicarum artium vis affertores, tam audax erit, qui universarum Gentium consensui repugnare, omnium fere do-Gorum virorum opinionem contemnere, ipfam denique civilium sacrarumque Legum censuram reprehendere non vereatur? Conffat enim apud homines vetustissimam fuisse (3) magicarum artium notitiam atque usum, inolitam ubique de præternaturali seu demoniara illarum arthum vi pertuationem, cogni-Jacob mullog 233 Mill

(1) V. Remig. Demonolatr. Lib. I. Malleus Malefic. Tom. II. Michael Pneumat.

(3) Plin. Hift. Nat. Lib. 30. cap. 1. Memoir. de l' Academ. roy. des Inscript. Tom. IV. & VI. Histoir. Critiq. des erreurs po-

^{(2,} Nemo miracula hic cum præssigiis consundat; quæ duo non semper sedulo distinxerunt nonnulli inter eos, qui Dæmonis magicarumque artium opera nihil non sieri posse contendunt. Miracula enim solus Deus edit, qui universas mundanas res sinxit, suoque nutu moderatur. Operatio miraculorum, ut solide sapienterque docet D. Thom. Quest. Disp. q. 6. art. 5. est quoddam divinum testimonium indicativum divinæ virtutis Graeritatis; quæ si Dæmonibus, quorum voluntas tota in malum est, daretur, Deus salsitatis eorum testis existeret; quod divinam non decet voluntatem. Itaque plerique graviores Magiæ adsertores decent cum Lastantio de ver. Sap. lib. 4. num. 5. artem magicam moliri solum aliquid ad circumscribendos oculos valere. Nec aliter D. Augustinus miracula a Magis Pharaonis edita interpretatur de Civ. Dei lib. 21. cap. 6.

tum cultiores inter Populos Magiæ crimen, & severissimis pænis vetitum atque expiatum.

CAPUT IX.

Exponuntur rationes illorum, qui nullam Magicis artibus vim inesse contendunt.

Ge nunc eos audiamus, qui ut de priscis quibusdam Romanis resert Horatius (1), somnia, timores magicos, miracula, fagas, nocturnos lemures, portentaque thessala ridentes, ullam magicis artibus vim inesse plane inficiantur, & quorum non exigua semper extitit manus. Atque hi quidem quos inter nonnulli spectatæ pietatis probatæque doctrinæ viri, compertum esse debere ajunt Deum, ut D. Paulus scribit, non subjecisse Angelis orbem terræ futurum; (2) ac propterea nulla vi magicas artes Dæmonum opera augeri ac pollere, illasque exercere ac profiteri flagitiofam certe rem esse, modo ad Blasphemiz, modo ad Superstitionis, modo ad Stellionatus, ac etiam Veneficii delicta pertinentem; fed quæ nequaquam Magiæ crimen tale præseserat, quale vulgo perhibetur. Ab illis autem afferitur congerronum improborumque hominum astu & nequitia, popelli credulitate, Philosophiæ naturalis ignoratione, ac præjudicatis hominum opinionibus factum esse, ut fama præternaturalis seu dæmoniacæ magicarum artium vis excitata primum fuerit, & sensim latissi-

(a) Lib. II. Ep. 6.

(2) Epift. ad Hebr. II. 5.

(2) V. Bochar. De anim. Sacr. Script. par. 2. lib43. cap. 5.

(4) V. Montagn. Ef. de Moral. Liv. 1.

⁽¹⁾ Scot. Deted. Art. Magic. Wier. de praft. Dam. Pierquin. Ouvres Physiq. & geogr. Differt. 18.

Caput IX.

florebat Arnoldus Vinnius emuncha naris Jurisconfultus, Multa nimis, scripsit, temere credi, multa illis (Magiæ accusatis) vane affingi, multa falsa per tormenta illis exprimi, nec paucos per injuriam ignibus tradi mibi persuasum est (I). Postremo quod pertinet ad communem Gentium consensum, & plerorumque Scriptorum persuasionem de præternaturali seu dæmoniaca magicarum artium vi contendunt qui hanc negant, utramque rem, si quid valet, valere folum, ut isto luculentissimo exemplo evidentius eluceat nullo non tempore homines etiam minime vulgares neque ignaros, non gravissimis erroribus obrutos, præjudicatifque opinionibus irretitos fuisse. Itaque disputationem suam sie concludunt, ut eam Seneca jam concluterat icripens (2), mbit boram que vulgo feruntur magicis artibus polle fieri tam certum esse, ut ea de caussa nullius Philosophi schola intranda fit .

CAPUT X.

Quemadmodum nonnullis visum diversas, secumque pugnantes de vi Magicarum artium sententias conciliare; & quanam probabilior receptiorque illas componendi ratio esse perbibeatur?

Uamquam duæ illæ hucusque expositæ non vulgarium solum, sed etiam eruditorum hominum opiniones, quarum altera assirmat, al-

(2) Lib. I. Natural. Quaft. cap. 7.

⁽I) Com. ad Inft. Lib. 4. tit. ult. 5. item L. Cornel.

tera vero negat præternaturalem dæmoniacamque vim magicis artibus inesse, sibi invicem omnino adversentur ; tamen fuerunt nonnulli qui viam inire tentaverint utrasque simul conciliandi, ac tantas demum componendi lites, quæ inter unius alteriusque sententiæ patronos jamdiu vehementissime fervent. Atque horum princeps & quasi dux laudatur Scipio Maphejus, vir editis pluribus variifque eruditis operibus notiffimus in Litteraria Republica. Cum enim placuisset Maphejo (1) in scenam prodire adversus Hieronymum Tartarottum Academicum Roboretanum, qui vernaculo sermone librum evulgaverat ingenti plausu exceptum (2), quo in libro multæ quidem de Lamiis, nocturnoque earum conventu refutabantur prejudicate vulgt opiniones; red luculentius atque elegantius, quam antea factum effet, præternaturalis dæmoniacaque magicarum artium vis adstruebatur; nactos illico est magni nominis adversarios; nec exiguis difficultatibus cœpit urgeri. Ut autem & ab his fese expediret, & illorum tela evaderet, alio se vertit, atque viam vel primus omnium, vel cæteris sane explicatius, ingeniosiusque inire ingressus eft, qua, fi fieri posset, discrepantes tuentium æque ac impugnantium præternaturalem dæmoniacamque artium magicarum vim fententiæ conciliarentur. Itaque novo scripto opere (3) tempora distinguenda esse censuit; & agnovit quidem præternaturalem dæ

mo-

(1) Art. Magic. dileg. Veron. 1750. (2) Del Congres. nott. delle Lamie. Rovered. 1749.

(3) Art. Magic. Annichil.

moniacamque magicarum artium vim ante Christum natum; fed illam post ejus nativitatem, confectumque divinitus humanæ reparationis opus desiisse penitus multis fretus argumentis, nonnullisque librorum novi Testamenti veterumque Ecclesiæ Patrum locis ad hanc fuam confirmandam opinionem addu-Stis contendit. Qua distinctione, pace tanti viri dixerim, nec patronis nec adversariis præternaturalis dæmoniacæque magicarum artium vis satisfecit; quin immo fibi contradicere visus est, ut ei Tartarottus ipse verissime objecit. Ac ii quidem qui præternaturalem dæmoniacamque vim artium magicarum prorfus respuunt, haud passi sunt se a sua dimoveri sententia. Si enim, ut jampridem bene observarunt, visum est Maptiejo sapientia bonitatique Dei repugnare, ut Diabolum mortalibus finat illudere; id ante æque ac post Christi Servatoris adventum repugnaffet. Atqui primum illud non negat Maphejus; restat igitur ut alterum quoque inficiari nequaquam recte potuerit. Tum vero qui in altera erant sententia adstruente præternaturalem dæmoniacamque vim artium magicarum, ut in nova fua castra transirent ab eis Maphejus impetrare non potuit. Scitissime fiquidem regesserunt quibus librorum novi Testamenti locis ipse usus est ad fingularem hanc suam constabiliendam doctrinam, ea latius patere, quam ipse velle videatur. Idcirco enim illis in locis Dæmonum regnum eversum, eosque ligatos dici sentiendum, non quia desierint Dæmones illudere mortalibus; sed quod adversus novum regnum, Ecclesiam nempe, quam of a. Christ. Lit. HE Cop

30 De Sortil. & Magia.

quam Christus acquisivit sanguine suo, & in æternum duraturam constituit, ii prævalere nullo modo possint (1). Tandem & ipsa quorumdam priscorum Ecclesiæ Patrum testimonia, quibus laudatus Auctor vel maxime innititur, constat non ita esse perspicua; ut secus ac ille pro sua illustranda opinione interpretatus est, soleant rectissime a communi Theologo-

rum schola interpretari.

Verum enim vero omissa, quæ neutri parti arristit, Mapheji opinione dicendum tandem quænam probabilior receptiorque ratio esse perhibeatur dissentientes seliciter componendi sententias, & veteres longasque doctorum hominum contentiones tollendi. Nemo autem hujusmodi rationem solidius concinniusque persequatus est viro documumo Thoma Marta Mamachio (2), cujus sere verbis, eadem ratio hic exponetur: scilicet artem esse ullam scientiamque magiæ qui putant, næ ii omnes maximo in errore versari videntur. Nam si qua esset ars magica, ea quidem certe triangulis quibusdam alteriusve generis siguris verbisque contineretur. Atqui nexus colligatioque triangulorum cum naturis vacantibus corpore non mo-

(2) Orig. & Antiq. Chrift. Lib. III. Cap. I. S. VIII.

⁽¹⁾ Non est dissitendum varias esse de iis librorum novi Testamenti locis Interpretum sententias, præsertim vero de loco Apocalyps. Johan. cap. 20. At observatum est a Claris. Mamachio Orig. & Antiqu. Christ. Lib. III. cap. I. S. VIII. pag. 134. not. 1. neminem Orthodoxorum ante hæc tempora suisse, qui eumdem Apocalypsis locum sic, ut Mapheius statuit, esse intelligendum arbitraretur. V. Calmet in cit. cap. 20. Apoc. pag. 922. edit. Lucens.

do non esse ulla, sed ne comprehendi quidem cogitatione potest. Quotus autem quisque tam est ineptus, ut fibi persuadeat Dæmoni indefinite prorsus permisfum vel suo arbitrio, vel cujusvis mulierculæ improbique hominis rogatu accersituque ludificare atque vexare mortales? Sed evenisse interdum, ut superstitiosis impiisque quorumdam Sycophantarum conatibus mali Dæmones faverint, & fic magicis artibus vis , quam natura sua non habent , dæmoniaca opera quandoque accesserit; id & sacrorum Bibliorum auctoritati conforme, & antiqua reverenda traditione confirmatum esse videtur. Quod autem quando contigit, & quidem perraro admodum, ut nemo prudens non it inficias; factum est divino fingulari permifiu five ad exemplum, five ad poenam hominum, five aliis arcanis ex caussis, quas nosse non licet, nec audacter fas est perscrutari.

CAPUT XI.

Quanam Soleant vulgo tribui Magia:

S Ed quomodocumque se res habeat, & sive quis probabiliorem receptioremque sequatur, cujus supra meminimus, sive opportunam aliam idoneamque studeat comminisci rationem diversas atque discrepantes de præternaturali dæmoniacaque vi artium magicarum sententias conciliandi; id sane apud omnes constat, scilicet mira quæcumque & portentosa iis artibus sieri & canere Poetas, & Scriptores narrare, & credere vulgus, & Malesicos venditare. Prodi-

32 De Sortil. & Magia:

tum in primis magicarum artium vi , pluribufque diversis adhibitis supersitionum speciebus morbos diuturnos atque gravissimos hominibus, ipsamque mortem, modo repente, modo fensim inferri. De Germanico quidem memoriæ prodidit Svetonius (1) eum devotionibus tentatum extinctumque fuiffe. Tum quoque traditum magicæ operæ adscribendas esse fascinationes, que adspectu, oculorum obtutu, lingua ultra placitum laudante peragi dicuntur, & quæ fæpe legas vel audias maleficia conflari, ut fomnus obrepat, possint inedia, dolor, tormenta tolerari, tacenda alto premi filentio, ut conjuges impediantur ab usu conjugii, abortus sequatur, pueri rachitidis morbo adficiantur, hisque similia patrentur (2). Contra vero validummas elle magicas artes ad maleficia quæcumque solvenda, expellendos morbos, sanitatemque recuperandam (3) Leges ipfæ Romanæ aper-

te

(1) In Caj. Calig. Cap. I. (2) V. Apul. Metamorph. Damohud. Prax. crim. cap. 6. Del

Rio Lib. 2. q. 6.

(3) Apud veteres quoque Christianos sensim irrepserat usus hujusmodi superstitiosa remedia adhibendi non tam pietatis contemptu, quam sascinatione vulgatium errorum. Ac restandem eo usque processerat, ut D. Joan. Chrysost. Homil. 8. ad cap. 3. Epist. ad Coloss. aliquatenus martyrio aquaverit "si puer agrotus amuleta non secerit., Sed ea semper improbavit Ecclesia, & impositis pænitentiis animadvertit in illos, qui hujusmodi phylasteria adhiberent. V. Can. 36. Synod. Laodic. Can. 61. Syn. Sextæ in Trul. Tom. 1. & 3. collest. Concil. Harduin. Utinam nec nostra quoque atate invenirentur, qui superstitiosis remediis sidem adhibere non erubescunt! Cum nonnullis abhinc annis a lethali morbo vix emersus in tertianas sebres in-

Digitized by Google

te innuere videntur, quibus cavetur, nullis criminacionibus cos implicandos esse, qui magicis artibus remedia agris corporibus quasierint (1). Multa certe ac mirabilia vulgo narrantur de amuletis, quo nomine veniunt remedia magica, ut numismata, ceræ imagines, carmina, potiones narcoticæ, arcana & inusitata verba, quæ ad arcendos morbos & impendentia mala amolienda adhibentur. Et quamvis hæc omnia commenta bominum, ut scribit Frommannus (2), effe videantur rationi & experientia adversantia, tamen quemadmodum Marcellinus testatur, quondam medicina admisit auctoritas (3).

Amorem præterea, qui forma folum & moribus conciliatur, philtris magicisque poculis atque carminibus excitari, diuque ali fama eft. Verum

Phasias Esonidem, Circe tenuisset Ulyssem, Si modo servari carmine posset amor,

ut cecinit artis amandi Magister (4), a quo discent spem omnem abjicere eos debere, qui ut vivat amor ad Æmonias artes recurrunt. Narratur quoque præparatis magico artificio poculis pudicos animos ad libidinem sæpe percitos; & contra aliquando veteres

(4) Car, sub go iii, is Lig. 4.

cidiffem, non defuit qui mihi homini philosopho, nec simul ignaro quid liceat Christiano, nescio quod phylacterium omni ope enixus est propinare ad repellendam reversionem febrium, quæ adventante vere mutatoque cœlo sua sponte tandem eva-

⁽¹⁾ Cod. Theodof. tib. 9. tit. 18. Leg. 3.

⁽²⁾ De fascin. Lib. 1. par. 2. seg. 2. cap. 19. ma sense connected bade about

⁽⁴⁾ Ovid. De art. am.

De Sortil. & Magia.

extinctos amores, & in acre odium extemplo conversos. Veteres autem ita suere persuasi magicis artibus sruges posse in alienum agrum exportari, imbres, ventos tempestatesque attrahi atque repelli (1), ut Decemviri Romæ Legibus XII. Tabularum pænas præscripserint adversus excantantes alienas fruges (2); & Imperator Constantinus M. crimine nequaquam teneri eos declaraverit (3), qui magicis artibus fruges conservarent, & grandinem tempestatemque a satis averterent.

CAPUT XII.

Quid rerum Criminalium Scriptores de damoniacis

Emo mirabitur tot tantaque portenta, quot superiori Capite retulimus, edi a Magis Lamissque, nisi qui numquam legerit vel audiverit illos
sociale cum Dæmonibus inire, iisque, ut sit inter
amicos, samiliariter uti; aut si legit vel audivit, sidem auditis lectisque habere noluerit. Ac multa quidem de illis vulgo seruntur, & a Scriptoribus narrantur, quæ summam prosecto cuique admirationem

mo-

(3) Cod. Lib. 9. tit. 18. Leg. 4.

Digitized by Google

⁽¹⁾ V. Quintilian. Declam. XIV.
(2) Doctiffimus Antonius Matthæus ad tit. II. lib. 47. Dig. num. 5. "Verosimile haud esse (cribit Decemviros de alienis frugibus excantatis legem proposituros suisse, nisi comperissent id revera contigisse,... Quanto sagacius Senec. Quast. Natural. Lib. 4. cap. 7. "Apud nos, inquit, in XII. Tabulis cavetur, ne quis alienas fruges excantassit. Rudis adhuc Antiquitas credebat, Gattahi imbres cantibus posse, Grepelli,...

movere debent. Nam credit vulgus, asserunt Scriptores (1), Magos Lamiasque amatorios cum Dæmonibus ludere lusus, eorumque impudicis amplexibus delectari, & concubitu srui: tum vero utrosque transmutari in hircos, volitare per aera (2), statis noctibus ad inferna celebranda mysteria simul convenire, aliaque his similia patrare (3). Nihil Massylæ Sacerdoti magicarum artium vi sactu non possibile

(1) Godelm. De Mag. Lib. 1. Bodin. De Damonom. Lib. 11. Libau. Strigiport. Amoen. De delict. & pan. 111. 8. 5. 6.

(2) Lucii Apuleji Philosophi Platonici vitam, sata atque scripta nemo vel leviter eruditus ignorat. Is XI. editis Metamorphoscon libris, quidquid Magos Lamiasque moliri & facere, quidquid theurgicis arribus paragi possa superstiriosa & credula Antiquitas rebatur, nova elegantique ratione expressit atque delineavit. Sed longe alius ipsi scopus, quam recentioribus Dæmonographis Scriptoribus, quorum agmen ducit notissimus Martinus del Rio. Nam issi quæ collegerunt retuleruntque, ea credidisse videntur, aliisque bona side credenda propinasse. At Apulejo mens suit popularium errorum satyram scribere, & magica portenta sic narrare, ut,

Nec defuit nostra ætate, qui Apulejum provido consilio imitaretur, nempe Austor gallici libri inscripti Histoire des imaginations de Mr. Ousse, quem nos iis legendum commendamus, qui anilibus narratiunculis præjudicatisque circa hujusmodi res

vulgi opinionibus a pueris imbuti funt.

(3) Temperare mihi non possum, quin inter innumera fere quæ legi Magis Lamiisque tributa portenta speciminis loco unum hoc exemplum subjiciam. Tritthem. in Quast. 3. ad Maxim. scribit, satis sibi constare quamplures sagas verbis & berbis fortissimas quasdam aperuise seras. Est hoc vetus Goetarum commentum, scilicet athiopidis herbæ tactu clausa aperiti omnia: quod referens Plinius His. Natural. Lib. 36. cap. 4. opportunissime autimadvettit: Non satius suit Emilianum Scipionem Carthaginis portas berba patesacere, quam machinis claustra per tot annos quatere.

De Sortil. & Magia.

bile Annæ forori Dido referebat apud Virgilium (1). Hac se carminibus promittit solvere mentes Quas velit: ast aliis duras immittere curas; Sistere aquam fluviis, & vertere sydera retro; Nocturnosque ciet Manes: mugire videbis

Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos. Sed ut non defuerunt qui nulla magicas artes vi pollere contenderent, quemadmodum paullo supra (Cap-IX.) narravimus; fic multi etiam quæcumque vulgo de Magis & Lamiis tradita scriptaque habentur impugnare adgressi sunt. Atque hi magno argumentorum adparatu, ingentique rationum pondere instructi Strigiportium, Sabbatha, transmutationes, cateraque his similia fieri nequaquam posse, nec aliter quam risu a prudentibus doctisque viris excipienda esse demor Grarunt (2). Quin immo uonnulli inter eos veriti non funt ipsa dæmoniaca sædera atque pacta. quæ tantopere celebrantur, & quibus rerum criminalium Scriptores docent Magiæ crimen constare, inter vulgares errores technasque referre (3). Ac quod spectat ad Magiam & magicas artes dæmoniacumque commercium fic fe rem habere ab eisdem afferitur, ut Seneca jam suo tempore se habuisse innuit. Quidam enim, quemadmodum scripsit (4), incredibilium relatu commendationem parant, & lectorem aliud acturum si per quotidiana duceretur, miraculo excitant.

(4) Lib. VIII. Cap. 6. Queft. Natural.

⁽¹⁾ Æneid. Lib. 4. v. 487. & seq. (2) V. Tartarot. Congres. Nottur. delle Lam. Lib. 3. cap. 14. (3) V. Carl. Epist. ad Tartarot. de orig. Mag.

Caput XII.

Quidam creduli, quidam negligentes sunt; quibusdam mendacium obrepit, quibusdam placet; illi non evitant, bi appetunt.

CAPUT XIII.

Qua circa Magia probationes Interpretum placitis inventa, Forique usu olim essent recepta.

Empus jam est attingendi quæ spectant probationes Magiæ, formamque olim in Foro receptam procedendi adversus illos, qui de ea accusarentur. Ac crimen quidem tantam habens obscuritatem, torque difficultatibus obnoxium quibuscumque ne indiciis atque argumentis probati posse existimabitur? An fine ullo personarum delectu Testibus omnibus, etsi indoctis, rudibus, præjudicatisque vulgi opinionibus imbutis indiscriminatim sidendum erit? A., denique confessioni omnino standum ipsius Accusati, de quo femper dubitari jure ac merito potest eum vel deceptum esse vel decipientem? Ita fane docuerunt omnes pene rerum criminalium Scriptores (1), quo tempore nemo fere suspicabatur Magiæ accusatione ignaros prorsus atque innocentes opprimi facile posse atque circumvenizi. Vetus profecto hoc fuit generi humano malum, ut scilicet non solum desormes vetulæ senesque morosi, quos egestas & tristis fædusque corporis cultus male commendaret, popelli rumoribus pro maleficis haberentur; sed etiam viri fagaces, industrii & non vulgari doctrina præditi, qui

⁽¹⁾ Carpaov. Pran. Cr. P. 3. q. 49. Remig. Damonol. Sag.

De Sortil. & Magia. 28

ab omni meleficiorum labe erant immunes, in Magiæ suspicionem venirent (1). Quod olim C. Furio Crefino evenisse meminit Plinius (2); & de se ipso Lucius Apulejus testatur, qui singulari ingenii vi animique constantia objectum sibi crimen repulit , &

periculum damnationis evafit.

Quid? quod multa alia funt de Magia, tamquam de crimine excepto a rerum criminalium Scriptoribus tradita atque adnotata, quæ partim ridicula, partim favitiæ plena , partim denique a recto aquitatis jurisque tramite devia vehementer merent improbari. Itaque audiendi non funt docentes inquisitionem institui in quemlibet posse desicientibus necessariis indiciis (3), fas esse suggestivis interrogationibus accusatum ad confitendum objectum crimen adducere; Reum extrajudiciali five sua sive socii criminis confessione abunde convinci, nullam illi fe defendendi copiam effe faciendam; quæ quidem omnia

⁽¹⁾ V. Gabr. Naud. Apol. Vir. Illustr. de Mag. susp. (2) Quomodo se res habuerit ab ipso Plinio præstat audire. C. Furius Crefinus , fic ille narrat Hift. Natural. Lib. XVIII. cap. 6., e servitute liberatus cum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis vicinitas; in invidia erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. Quamob-rem a Spurio Albino Curuli die dicta metuens damnationem, quum in suffragium Tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, atque adduxit filiam validam, & ut ait Pi-so bene curatam ac vestitam, ferramenta egregie fasta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves saturos; postea dixit: Venesicia mea, Quirites, bee sunt; possum vobis oftendere aut in forum adducere lucubrationes, vigilias & sudores. Omnium sententiis absolutus itaque est.

(3) V. Bohemer. Elem. Jur. Crim. sect. 2. cap. 4. 5. 69.

39

quantopere abhorreant ab juris æquitatisque tramite rectaque ratione Criminalia instituendi Judicia, & unusquisque suo ingenio facile percipit & uberrime colligi potest ex Libro tertio nostri majoris Operis (1), Romæ primum editi, aliisque in urbibus pluries deinde recusi, quo universi Criminalis Juris tractationem illustrationemque late complexi suimus. Cætera his similia persequi nimis longum, immo vero inutile soret (2). Nam hoc est magnæ cuidam nostrorum temporum selicitati tribuendum, ut nimirum quæ frequentissimæ superiori ævo erant Magiæ accusationes damnationesque, hac cultiori humaniorique ætate nullæ sere amplius instituantur.

(1) V. noftr. Elem. Jar. Crim. Tom. III. edit. Rom. Cap. IX.

A THE WATER OF A.

1) Cap. 1. O 2. de Sortil. 2) Dat Ed. 48. 111. Eg. 13.

17395L

⁽²⁾ Erudite solideque Tartarot. Congress. Nottur. delle Lam. lib. I. c. 11. & Clariss. de Cauz. de cultib. Magicis. lib. 11. vulgares. Criminalium Scriptorum traditiones circa formam inquirendi agendique in Judicio adversus Magia accusatos, prasertim vero Lamias resutarunt. Ac certe eo usque res quondam protracta fuit, ut per Germaniam Saculis XV. & XVI. rursus adhiber i coeperit vetus improbatusque probationis usus per aquam frigidam, ut ejus ope innotesceret, an Lamia re ipsa essent qua de Magia damoniacoque commercio accusarentur. Qua ratione hujusmodi probatio fieret nos suse exposumus nostr. Diatrib. de Ord. seu Form. Judicior. Criminal. Roma 1777. typ. Salomon. De probatione per lancem & stateram, qua etiam in usu erat ad Sagas dignoscendas, meminit Del Rio Lib. VI, 6.

CAPUT XIV.

De Pænis Canonico, & Romano Jure prascriptis adversus eos, qui de Magia accusantur.

Estat ut poenas exponamus, que perhibentur indictæ adversus eos, qui Magiæ insimulati fuerunt. Ac Jure quidem Canonico eædem pænæ, quas supra Cap. VI. retulimus in Sortilegos præscriptas, illos quoque manent, qui Magiæ student, magicasque artes exercent (1). Jure autem Romano magna feveritas in hujusmodi criminis reos adhibetur. Nam usque a primis Reipublicæ temporibus, qui malum carmen canerent, vel fruges excantassent, Legibus XII. Tabularum Cereri facri erant , ideft habebantur tamquam capitis rei: postea S. C. cautum est, ut poena Legis Cornelia tenerentur (2). Sacra porro impia nocturnaque, ut quem obcantarent, defigerent, obligarent, facientes, faciendaque curantes I. C. Paulus scripsit aut cruci suffigi, aut bestiis objici; ipsos Magos vivos exuri (3). Tandem Imperator Constantius edixit magicis artibus operam danres nedum gladio feriendos, ut Imperatoriis Constitutionibus jampridem præscribebatur, sed peste ferali, idest quemadmodum Gothofredus interpretatur (4),

⁽¹⁾ Cap. 1. & 2. de Sortil.

⁽²⁾ Dig. Lib. 48. tit. Leg. 13. (3) V. Sentent. 23.

⁽⁴⁾ Cod. Lib. 9. tit. Leg. 6.

vivicomburio absumendos esse (1). Neque vero desunt exempla illorum, qui de magicarum artium studio atque usu accusati vim hujusmodi Legum experti funt. Nam Publiciam, Liciniamque una cum septuaginta aliis sociis mulieribus interemptas suisse narrat Valerius (2), quod maleficas artes exercerent. Sie quoque justu Consulum Publius Martius extra portam Exquilinam necatus est, Pituanius autem e saxo dejectus. Ambo enim Magiam prositeri, operamque maleficiis exercendis navare redarguebantur (3). de se description de don . 043

Quod fi rerum criminalium Scriptores audiantur, ab eis traditum est extra ordinem arbitraria pœna plectendos esse illos, qui dæmoniaci commercii expertes superstitiosis artibus, sigillis, cribro, ligaturis maleficia fascinationesque solvunt atque depellunt; capite vero puniendos, qui noxam fecerint, damnumque aliquod hominibus vel armentis intulerint five carminibus five diris imprecationibus five pharmacis præparatis (4). At quicumque pacta cum Dæmonibus inierint, vel impudicos luserint lusus, eos docent ignis supplicio mactandos esse.

F. C A-

⁽¹⁾ Plato ex antiquiorum Gentium institutis refert Lib. 12. De Leg. morte mulciatos quicumque ausi fuerint improbis sa-crificiis & maleficis incantationibus vitam homini eripere. De Persis narrat Plutarchus in Artaxerse, cervicem apud eos lapidibus fractam contritamque fuisse magicarum maleficarumque artium fludiosis.

⁽²⁾ Val. Lib. VI. cap. 3. (3) Tacit. Aunal. II.

⁽⁴⁾ Berg. Elem. Crim. cap. II. Struv. Differt. Crim. VII. S. 14.

CAPUT XV.

Quid animadvertendum, quidve prastandum circa crimen panisque Magia.

nullam præternaturalem dæmoniacamque magicis artibus vim inesse contendunt, quorum jam fuo loco monuimus non exiguum esse numerum; it Magiæ crimen eo ipfo tollere e medio videntur, ac propterea non verentur afferere descriptas superiori Capite pœnas numquam juste opportuneque insligi. Cæteri vero, non qui præternaturali ac dæmoniaca vi magicas artes pollere rentur, quos nihil morandum; fed qui fingulari divino permiffu interdum contingere posse probabilius prudentiusque censent, ut Damones conatus juverint scelestorum hominum illis improbe utentium; hi quoque dubitare coguntur an & quando locus esse possit iisdem pænis jure ac merito irrogandis. Tam enim perraro id ajunt permitti divinitus, ut semper propemodum sit metuendum, ne quis in tanta rei obscuritate ac difficultate, tantaque partim nequitia, partim inscitia perversorum hominum rudiumque muliercularum deceptus fit, vel facile decipiatur. Certe si Apostasia, Blasphemia, Hærefis , vana superstitio , impietas , sacrarum rerum contemptus ususque prophanus, fi Stellionatus, Veneficium, aliaque fimilia facinora adfint, & Magiæ nomine traducantur; oportebit ea fedulo discernere, & pro admisso delicto legitimis pœnis in Reos animadvertere (1). Interest enim Reipublicæ, ne scelera

⁽¹⁾ V. De Cauz. De cult. Mag. Lib. 2. cap. 2.

Cap. XV. 43

lera illorum abeant impunita, qui ausi fuerint Religionem temerare, alienamque salutem lædere. Nullo autem horum similiumque criminum extante, quod mereat pro communi exemplo puniri; alicubi prudentissime opportunissimeque invectum est, ut qui de Magia adhuc fortaffe accusarentur ad Medicos potius remittantur diæta helleboroque curandi, quam ut præterito avo mos erat, carnifici tradantur immaniter igne cremandi (1). Ita Vindobonæ non semel factum providissimo consilio felicique exitu narrat Illustr. Aulie. Archiat. Antonius de Haen (2). Ac nemo quidem ignorat maximam esse vim phantasiæ, qua fit, ut vel vigilantes aliquando defipiant homines, nec raro gravissime decipiantur; præsertim si morbus aliquis aut triftis eventus cerebri temperationem læferlt, animumque vehementer perturbaverit (3). Sic Gennadii eujustdam, de quo loquitur D. Augustinus (4), phantasia se male habebat, ut Coelitum choris quotidie

(4) De Civ. Dei XVIII. 18.

⁽¹⁾ Quantopere sit proficua hyusmodi cum Lamiis cæterisque, qui de Magia insimulantur agendi ratio, innuere eleganter sapideque videtur Anonymus Scriptor du Calendrier de Philadelphie pour l'annèe 1777. A' Londres: "Mistris Rachel pretend que les buchers ardens attirent les Sorciers, comme l'aimant attire le ser, ou comme le papillon vole a la chandelle. Pourquoi ne se trouve t il pas un seul Sorcier dans l'Amerique unie? Parceque on ne s'y est jamais avisè de les bruler.,

⁽²⁾ Ration. Med. part. XV. Diff. de Mag. part. 3. cap. 3.
(3) D. Hertod. in Tartarot. Massig. Morav. refert, nobilissimi generis adolescentem tam tetra affectione hypocondriaca oppressum suisse, ut se equitare, canibus venari, ac Sagarum instar per aera, ut vulgo narratur, volitare sibi videretur; a quo morbo artis medica prasidiis tandem seliciter liberatus est.

De Sortil. & Magia: 44

interesse putaret: & nemo ignorat epicæ poetices inter Italos principem Torquatum Taffum id fibi perfuafisse, Spiritum nempe suos ante oculos obversari, quocum familiarissime viveret. Quemadmodum igitur plenis temeto geminis exurgit mensa lucernis; sic contingere solet, ut qui magna vi pollent phantasiæ, veluti fæminæ, rustici, robustior vulgus, ii frequentissime hallucinentur, sibique facile persuadeant quæ numquam fecerant nec facere poterant, maleficia patrasse. Cujus quidem rei innumera pene exempla apud Scriptores occurrunt. De nescio quo homine Magiæ accusato meminit Alexander ab Alexandro (1) eum confession este, firmiterque adseverasse ad Tartara descendisse, Ditisque in Regia diu esse diversatum. Plures fæminas, quæ tamquam Sagæ in judicium accersitæ suerant; constitit suo in lecto somno tranquille indulsisse quo tempore postea narrarunt se volitasfe per aera, & convenisse ad convivandum, infernaque celebranda mysteria (2). Tantum phantasiæ vis potest ignaras imbecillesque mentes transversas agere, atque in gravissimos exitialesque errores inducere!

codine out no six all fameer divise as

LIBER EXPLICIT. mi general seidencentem temp terra stradione divoccondrinea

organistic fallo and to equipme a contract ventri, ac bet much industrial fall videretor; a que morbe ettis medica pratidiis tandem feliciter liberatus eff.
(4) Dr Cru. Dri XVIII. 18.

⁽¹⁾ Genial. Dier. Lib. VI. (2) P. Spin. S. Palat. Magist. Quaft. de Strig. cap. 31.